1788 tabula aerea. Extat Tersati prope Fiume in museo Nugent, quod Neapoli coemptum est.

IRONIS · *e*X · S · C PLACER*e* · HVIC · ORDIN*i*
VM · P · R · SE · DE HS · CC*I* · M · N · IN · P
/ E R V N *t* *p*V*bl*ICA · CONSVM*ere*
/ · E T QVAM · POLLICITVS
N *t* V R F I C I L A V
ro T I A S I

Sablyar misit delineatam. Neigebaur *Südslaven* p. 247.

Minora Neigebauri non adscripsi. — I, 1 LX, 3 /ERVNI, 5 NIVR, II, 1 PLACERI, 2 CCI, 3 TVRTICA (TVRICA Neig.) Sablyar.

1789 [= 2541] litteris magnis. Puteolis in amphitheatro rep. *nella parte dell' ingresso principale verso l'arena* BONVCCI in actis musei Neapolitani 5 Iun. 1842. Iacent ibidem.

co L O N [*i*] A · F L*avia augusta*
[P] *u* T E O L A N A · P E Q V N I *a sua fec*

Composui et descripsi a. 1846; iam recognovi. Commentarium de iisdem fragmentis ed. R. Garrucci *sull' epoca e sui frammenti della iscrizione e dei frammenti della iscrizione dell' anfiteatro Puteolano* Neapoli 1851. 8. pp. 16. Cf. de hoc libello Henzen *Bull. dell' inst.* 1852 p. 93; Rucca *Rendiconti dell' Accad. Ercolanese* fasc. 2 (1852) p. 33.

2 frustum, in quo fuit P cum margine sinistrorsum, solus Garruccius vidit. — Frustum, in quo fuit P maiore ex parte et sequens E hodie desideratur.

Ibidem iacent fragmenta alia tituli cuiusdam litteris etiam maioribus longe perscripti haec:

A N C V
V

1790 [= 2742 + 6352 + 6690, 64] Neapoli in museo.

D · M
Q · AEMILIO · HELPIDE
PHORO · DECVR · ET · DEND
ROFORO · ET · AV*gust* · DVPLIC
QVI · VI · XIT · AN /// M · II · D XXV (E above M)
*ae*MILIA //////// INA · CO
iugi BEN *emere* N · FEC ·

Descripsi frusta dispersa, deinde recognovi coniuncta cura Fiorellii. De Petra in actis acad. Neap. a. 1866 app. p. 95; Fiorelli cat. n. 1031.

1791 [= 6358] latus basis. Origine Puteolana videtur, nam similis est n. 1814. Neapoli in museo. — Sine loco VISCONTIVS, unde Henzenus urbanam indicavit; sed Puteolana quoque Viscontius refert, ut n. 1598.

*ded*IC · XI · K · IVL · IMP · COM p. C. 181
*mo*DO · AVG · III · ET · ANTISTIO
*bur*RO · CoS · LOC · ADSIG · PER
*ar*SENIVM · MARCELLVM · CVR
R · PVB · CVR · VALERIO ·
*fel*ICE · ET AVILLIO · PV
*de*NTE
patera

Descripsi et recognovi. Visconti cod. Paris. 7 f. 93. 259; Gervasio Mav. Loll. p. 35. Fiorelli cat. n. 1703. Henzen vol. VI n. 861.

1792 tabulae duae magnae paris et longitudinis et latitudinis, Puteolis rep. ad sepulcrum adhibitae. Extant ibi apud canonicum Criscio.

C · AVIANIVS · C · F · C · N
FLACCVS · DVO · VIR · REFÉCIT

Recognovi descriptas a Nisseno et coniunxi.

C. Avianii Puteolani Cicero meminit acad. pr. 2, 25, 80.

1793 [= 2515] scripta ab altera parte legis Puteolanae n. 1781, postea desecta. Puteolis attribuo propter titulum Puteolanum in altera parte scriptum. Neapoli in domo Hadriani Guilielmi Spatafori ACC. SMET. GIORD. CAP. Deinde fracta apud Ian. Mazzam COM. Hodie in museo publico.

M · A V I A *NIVS · M · F*
C O N I V N *CTVS · IIVIR*
ITER · TÉXIT · ET T *ECTVM · S · P*

Descripsi quod superest et recognovi. Est in vol. I p. 163 ad n. 577. Accursius I n. 34; Fabricius antiq. 1549 p. 26; Morillon cod. Amst. f. 38; Smetius ms. Neap. p. 73, ed. 13, 11 a Pighio (inde et ex ms. Pighii Grut. 172, 11); Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 354; Corradus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 277′; Victorius cod. f. 62; Giordanus ms.; Capaccius l. 1 c. 21 p. 333. Fracta ut nunc est legitur apud Comum inter Muratoriana ms. 21, 231. Fiorelli cat. n. 716.

1 AVIANVS ms. Pigh. Giord. Cap. — 3 in litura rescriptus est.

1794 ab altera parte legitur n. 3300 aetatis christianae. Puteolis in S. Francisci antea, nunc Neapoli in museo.

AVR · ANTIS
· C V
TAE · GI · A · NE *nses*
patr ONO · INC *omparabili*

Recognovi. Fiorelli cat. n. 1972*b*. De Tegiano v. supra p. 33.

1795 [= 2627] origine opinor Puteolana (vide infra). Neapoli in ecclesia S. Mariae de Libera IVCVNDVS; in S. M. de Liberis in marmore super altare AVG. ACC.; in ecclesia S. Mariae de Libera sub Pistasio GIORD.; similiter reliqui. Falso igitur tradit GRVTERVS titulum Hydrunto Neapolim adlatum esse.

M · BASSAEO · M · F · PAL
AXIO
PATR · COL · CVR · R · P · IIVIR · MV
sic NIF · PROC · AVG · VIAE · OST · ET · CAMP
TRIB · MIL · LEG · XIII · GEM · PROC · REG · CALA
BRIC · OMNIBVS · HONORIB · CAPVAE · FVNC
PATR · COL · LVPIENSIVM · PATR · MVNICIPI
HVDRENTINOR · VNIVERSVS · ORDO · MVNICIP
OB REM · PVBL · BENE · AC · FIDELITER · GESTAM
HIC · PRIMVS · ET · SOLVS · VICTORES · CAMPANI
AE · PRETIS · ET · AESTIM · PARIA · GLADIAT · EDIDIT
L · D · D · D

Descripsi et recognovi. Iucundus f. 109, a quo pendent Bononius Ott. f. 38′, Trai. f. 130′ et Lilius f. 171 et Romieu ms. f. 138′; Augustinus Tyfernus cod. 3492 f. 30′, cod. 3528 f. 32′ (inde Apianus 117, 1; ex eo Smetius ed. 164, 15); Filonardianus liber f. 111′; Accursius II n. 35; Fabricius Rom. ed. 1549 p. 56, antiquit. ed. 1587 p. 59; Smetius ms. Neap. p. 170; Morillonius cod. Amstel. f. 30 et apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 356′. 358′ ('Morillonius bis exscripsit a. 1547, ex eodem emendatum ut secundo exscripsit'), qui praeterea descriptam habuit et a Vallamberto et ab amico Nicotii (pendent inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 44, qui partem edidit Rom. p. 92 repetitam a Smetio 84, 10; Manutius orth. p. 110, 3; Ligorius cod. Viscontii f. 39′, cod. Taur. 12 bis); Galateus de situ Iapygiae (ed. Basil. 1558) p. 82; Grut. 374, 5 ex Apiano Fabricio Galateo; Giordanus ms.; Summonte p. 442; Capaccius l. 1 c. 15 p. 264; Engenio *Napoli sacra* p. 366; Gualter. tab. Sic. n. 459; Tafurius in Calogerà *racc.* VII p. 153; Mazochi amph. Camp. p. 117; Gervasio *iscr. Napol.* p. 2. Pars huius adhaesit alteri titulo apud Mur. 2019, 4. Orelli 2570.

Romanellius top. II, 87 suspectam dixit *per la freschezza del marmo, la leggiera incavatura e le molte parole nuove,* temere. — 11 errore dedi in ed. 1 L·DEDIT.

Titulum Puteolis adsignat cum tribus tum quod v. 3 colonia nominatur; *ordo* autem *municip(um)* v. 8 cum ad Hydruntum referri nequeat, quoniam eam rem publicam Axius non administravit, id quoque ad Puteolos trahendum esse necessario sequitur. Etiam alii tituli duo n. 1593. 1881 (cf. n. 1840. 3697) et ipsi ad coloniam Puteolanam sine dubio pertinentes municipum similiter mentionem faciunt. Quam ob rem cum dudum intellectum sit municipem etiam colonum ibi recte appellari, ubi non absolute accipitur, sed eiusdem civitatis civis significatur, exempli causa recte dici civem Campanum municipibus suis ludos exhibuisse, iam paullo ultra procedendum est admittendumque ordinem colonorum ita dici potuisse municipum, ut significetur, ut barbaro vocabulo utar, ordo concivium eius de quo agitur.